Baronia de Estach 2 Castagnas 1787 1

Attestor indubiamque fidem facio Ego Dr. Emmanuel Caberza de Miér Pbr. Secretarius Camera, et Cancellarius curia gratia Urgellens. quod in Regestro expeditionum hujus praesentis anni millessimi septingentessimi octuagesimi septimi, in dicta secretaria bené custodito inter alia in illo contenta invenitur quoddam collationis instrumentum thenoris hujusmodi

Leg. 23
N.º 39

Nos Dr. Thomas de Bremond Pbr. D.D. &c. &c. Dilecto Nobis in Christo Rdo. Francisco Castell Pbro. loci de Estach Urgellen. Diac. salutem in Dno: Desideria justa petentium digno semper favore prosequimur: Beneficium igitur perpetuum, simplex, ecclesiasticum sub invocatione B. M. V. de Puigroig in Parrali Eccla. dicti loci de estach institutum, et fundatum, vaccans nunc de jure, pariter ac de facto per obitum Rdi. Michaelis Mauri, et Boher Pbri, illius ultimi obtentoris, et posessoris, qui die decima octava mensis Januarii proximé dimisi ex hac vita migravit, ad quod obtinendum fuisti Nobis praesentatus per Exmum Dnum. Ducem de Hijar, et Marquionem de Orani patronum verum, certum, et indubitatum dicti Beneficii, prout de suo jure patronatus Nobis constitit, et constat ex confecto processu in nra. curia actitato, et provisione in ejus calce per Nos facta die vigessima octava currentium et infrorum mensis et anni, praecedentibus tamen litt. generalis edicti, nullaque subsecuta

opositione: tibi itaque tanquam benemerito, habilique, et idoneo reperto, damus conferimus, et asignamus, teque in eo canonicé instituimus: Et per birreti impositionem capiti Rdi. Doctoris Antonii Rey Pbri. et Rectoris dictæ Parralis Eccle. loci de Estach legitimi procuratoris tui, prout de ejus posse constat instrumento recepto penés Stephanum Guarda, et Ninou Notl. et scribam curia Eccle. Urgell. sub die vigessima infri mensis Martii recepto, per Nos factam, te de dicto beneficio cum jurium plenitudine praesentialiter investimus, et de illo etiam providemus, sine tamen juris alieni prajudicio, et juribus Episcopalibus semper salvis: Mandantes tibi, quod illi bené, et honorificé deservias, seu deservire facias per idoneum substitutum tuum, prout de jure fieri debet, et ejus institutio postulat, et requirit; sisque Illmo. et Rmo. Dno. Urgellen. Episcopo, suisque canonicé intrantibus, Nobis, et nris. in dicto oficio successoribus bonus obediens, et fidelis secundum Dnum. Deum; et canonica statuta: Nihilque de bonis, et proprietatibus dicti Beneficii vendas, seu aliter alienes, immo si aliqua alienata esse reperenris, illa quamprimum poteris recuperes, et in utilitatem ejusdem convertas pro posse, et prestitis á dicto legitimo procuratore tuo, tuo nomine Nobis, et in posse nro. canonica obedientia, et manuali reverencia debitis, ac corporali juramento de

indemnitate dicti Beneficii servanda, et de complendis omnibus, et singulis supradictis. Dicimus insuper, committimus, et in virtute Stae. Obedientia mandamus universis, et singulis Dnis. totius Urgellensis Dioec. quatenus te, vel procuratorem tuum tuo nomine in veram, realem, corporalem, et actualem possesionem, seu quasi dicti Beneficii ponant et inducant, inductumque deffendant, ac tibi de illius fructibus, et proventibus, juribus, et obentionibus universis respondeant, et satisfaciant, responderi et satisfieri faciant, amoto exinde quolibet illicito detentore: contradictores, et rebelles per censuras ecclcas, et alia juris remedia autoritate nra debité compescendo. In quorum fidem &c. Dat. in civitate Urgelli die vigessimaprima mensis martii anno Millesimo septingmo octogessimo septimo: Presente me Dr. Emmanuele Cabeza de Mier Pbro. Secretº camerae, et Cancellario curiae gratiae Urgellis infrascripto stipulante, ac pro testibus Gervasio Fonoll causidico, et Guillelmo Isla famulo Dni. Vicarii Gens. ambobus ad praemissa vocatis, et asumptis.

Possessio — De retroscripto perpetuo, simplici, et ecclco Benefº sub invocatione B. M. V. de Puigroig in Parali. eccla loci de Estach Urgellens. Dioec. instituto, et fundato fuit more solito, et per signa, et demonstrationes asuetas tradita et liberata realis, corporalis, et actualis possessio, seu quasi Rdo. Francisco Castell Pbro. de illo autoritate ordinaria proviso. per Rdum. Antonium Castells Pbrum, et Vicarium perpetuum

Villa de Vilamitjana dicta Diocesis, ubi subexecutorem
in vim retroscriptarum Collationis litterarum elec-
tum, et nominatum. De quibus &c. Qua fuerunt
acta in dicta Parrochiali Ecclesia loci de Estach die
quarta mensis Aprilis anno millesimo septingentesimo
octogesimo septimo: Presente Rdo. Josepho Castells Pbro.
qui in his vice loco, et nomine, utique substitu-
tus mei Dn. Emmanuelis Cabeza de Miex Pbri. Se-
cretarii Camera, et cancellarii curia gratia Ur-
gell. infri interfuit in vim epistola missiva per
me ei ad hunc effectum transmissa, et pro testibus
Marsali Vidal, et Antonio Soler agricolis dicti loci
ambobus ad premissa vocatis et assumptis.

Et et praedictis licet alliena manu scriptis ab
omnibus plena fides adhibeatur, ego idem Dn.
Emmanuel Cabeza de Miex Pbr. Secus Camera
et Cancellarius Curia gratia Urgs. hic me subs-
cribo, et meum quo in Publicis claudendis u-
tor appono.

Sig- num.

Dn. Emmanuel Cabeza de Miex
Secus